



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Heracliensi Archiepiscopo, & Cardicensi & Fermopilensi Episcopis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

HERACLIENSI ARCHIEPISCOPO,
& Cardicensi & Fermopilensi Episcopis.

Epist. 37.
Maria Imper.
suscipitur sub
protectione se-
dis apostolicæ.

U^m ex injuncto nobis apostolatus of-
ficio generaliter omnibus, & specia-
liter viduis & pupillis, simus in justitia de-
bitores, carissimam in Christo filiam Ma-
riam quondam Constantinopolitanam Im-
peratricem illustrem, regni Theffalonicen-
sis procuratricem, ac filios suos unâ cum
regno prefato sub beati Petri & nostra
protectione suscepimus. Quibus volentes,
quantum ad officium nostrum pertinet,
paterna sollicitudine providere, ne dictam
Imperatricem oporteat pro querelis singu-
lis ad sedem apostolicam laborare, frater-
nitati vestræ per apostolica scripta præci-
piendo mandamus quatenus cum ab ea
fueritis requisiti super his quæ canonicam
censuram exposcunt, malefactores ipsius
ac filiorum ejus, ut eis ablata restituant,
& de damnis & injuriis irrogatis satisfaciant
competenter, vel in aliquos compromittant
qui appellatione remota justitiâ
mediante procedant, per censuram eccle-
siasticam sublato appellationis diffugio
compellatis. Nullis litteris veritati & justitiæ
præjudicantibus à sede apostolica im-
petratis. Quod si non omnes &c. duo vestrum
&c. Datum ut in alia per totum.

E I S D E M.

Epist. 38.
De eadem re.

U^m, sicut carissima in Christo filia
Maria quondam Constantinopolita-
na Imperatrix illustris nostris fecit auribus
intimari, per casale Agetriade, quod ad
Theffalonicensem spectat Ecclesiam, terra
ipsius gravem sustineat læsionem, fraterni-
tati vestræ per apostolica scripta manda-
mus quatenus cum præfata Ecclesiæ pro-
visum fuerit in pastore, ipsum moneatis
prudenter & efficaciter inducatis ut illud
cum ea sine dispendio juris sui satagat per-
mutare. Quod si nequiverit ad permuta-
tionem induci, vos negotij circumstantias
nobis fideliter intimetis, ut per relationem
vestram instructi, plenius & securius in ip-
so procedere valeamus. Quod si non om-
nes &c. duo vestrum &c. Datum Laterani
11. Kal. Aprilis.

E I S D E M.

Epist. 39.
De libertate
monasteriorum
regalium.

U^m libera monasteria, quæ imperia-
lia nuncupantur, Græcorum quoque
dominio nulli essent Archiepiscoporum vel
Episcoporum subjecta, præsentium vobis
auctoritate mandamus quatinus inquisita
& cognita veritate, in monasteriis illis re-

galibus regni Theffalonicensis, quæ Græ-
corum tempore Archiepiscopis vel Episco-
pis subjecta non erant, non permittatis Ar-
chiepiscopos vel Episcopos juris aliquid
indebitè usurpare, facientes ab eis carissi-
mâ in Christo filia Mariæ quondam Con-
stantinopolitanæ Imperatrici illustri, pro-
curatrici regni prædicti, honorificentiam
debitam exhiberi, contraditores appella-
tione remota censura ecclesiastica compe-
scentes. Si quis autem Archiepiscoporum
vel Episcoporum aliquid juris in eis sibi
vindicare contenderit, suam per nos po-
terit justitiam obtinere. Quod si non om-
nes &c. duo vestrum &c. Datum Laterani
1 v. Kal. April. &c.

E I S D E M.

U^m dilectus filius Benedictus tituli
sanctæ Susannæ Presbyter Cardina-
lis, tunc apostolicæ sedis Legatus, Sebas-
tienti Episcopo salvo mandato nostro cul-
todiam monasteriorum montis sancti, quæ
ad sedem apostolicam immediatè pertinere
dicuntur, duxerit committendam, & ipse
illa multipliciter aggravavit, easque com-
mittat enormitates, quæ non sunt dignæ
relatu, fraternitati vestræ per apostolica
scripta præciendo mandamus quatenus
ipsum à custodia monasteriorum ipsorum
penitus amoventes, ipsa monasteria cum
consilio carissimæ in Christo filia nostræ
Mariæ quondam Constantinopolitanæ Im-
peratricis illustris, quæ Theffalonicensis
regni ratione filij curam gerit, alicui per-
sonæ discretæ auctoritate nostra usque ad
adventum Legati nostri, quem in impe-
rium Romanæ auctore Domino destinare
proponimus, committatis. Quod si non
omnes &c. duo vestrum &c. Datum Late-
rani 11. Kal. Aprilis, anno tertio decimo.

F E R M O P I L E N S I E T
Cardicensi Episcopis.

Clerus Græcorum Theffalonicensis
diocesis, qui ad obedientiam sacro-
sanctæ Romanæ Ecclesiæ est reversus, no-
bis humiliter supplicavit quatinus ipsum ea
libertate quam tempore Græcorum ha-
buerant, quamque dilectus filius Benedic-
tus tituli sanctæ Susannæ Presbyter Cardi-
nalis, tunc apostolicæ sedis Legatus, ipsis
concessit, faceremus gaudere, ac ab Ec-
clesiis sustentationem congruam ministra-
ri. Quocirca fraternitati vestræ per apos-
tolica scripta præciendo mandamus qua-
tenus eos qui ad obedientiam sedis aposto-
licæ redierunt super hujusmodi libertate
non